



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 60. Christiana res Constantinopoli & in Perside aucta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

nona ejusdem Mensis executioni data Sæc. XVII.  
Bastides die vigesima prima Aprilis la- A.C. 1609.  
queo suffocatus periit, nil magis sibi  
dolendum fassus, quam quod dolore  
expugnatus Terrailium prodidisset.

### §. LX.

#### *Christiana res Constantinopoli & in Perfide audita.*

Hoc anno Catholicis Constantinopoli *Juvenc. hist.*  
agentibus Achmetes Ottomanici *Soc. lib. 17.*  
Regni Imperator sese magis benevolum *part. 5.*  
reddebat; cum enim Henricus IV. Gal- *pag. 423.*  
liarum Rex, qui se tutandæ fidei Ca- *Bissel. Med.*  
tholicæ totum dederat, per Salignia- *Hist. Septen.*  
cum, suum apud Aulam Turcicam Le- *Il. pag. 67.*  
gatum, pro Viris Apostolicis Constan- *Annal. Car-*  
tinopolin mittendis impense sollicitaret,  
tandem rem eo prospere deduxit, ut  
Imperator amplissimam ejusmodi facul-  
tatem concederet: Postquam vero ibi-  
dem innotuerat, Jesuitas eo a Rege  
esse decernendos, mox non pauci in-  
surgebant æmuli, qui primario Imper-  
atoris Turcici Præfecto, quem Vezi-  
rium vocant, insufflarent, hos Patres  
nonnisi exploratores a Papa missos esse,  
exitiale hominum genus, omnibus in-  
visum atque infestum. Insuper Angli  
horum adventum præpedire totis cona-  
bantur viribus, indignatione adversus

C c 5

eos

Sæc. XVII. eos exinde concepta, quod Pater Cot.  
A.C. 1609. tonus Regi, ne pro adornanda græca  
Sanctorum Patrum editione manu Scriptos Codices e Bibliotheca Regia An-  
glis concederet, persuasisset, Christia-  
nissimo Regi minus decorum esse, hanc  
opem hostibus Catholicæ Religionis elar-  
giri caussatus: Verum horum omnium  
conatus fregerat insignis prudentia ac  
moderatio præfati Saligniaci, qui tan-  
tum perfecerat, ut quinque Jesuitæ Con-  
stantinopoli ad ædes Divo Benedicto sa-  
cras Mense Septembri admitterentur.  
Hi igitur, ne restauratum hoc domi-  
lium molitionibus paci nuper cum Tur-  
cis initæ adversis amitterent, licet bien-  
nio nondum evoluto Cæsarem ad bel-  
lum adversus communem Christianæ  
Reipublicæ hostem strenue continuam-  
dum impulissent, nunc tempori ceden-  
dum rati pacem cum Ottomanis initam  
tanta follertia promoverunt, ut Schach-  
abam Persarum Regem, qui pro exscin-  
dendis Turcis Christianos Principes  
ad rescindenda foederis pacta vehemen-  
ter urgebat, offenderent, crebrasque ad  
bellum solicitationes nec ad extremas  
quidem aures admitterent: Dum vero  
Schach-abas Rex hac armorum con-  
junctionis spe initio lactatur, eo an-  
nuente, ac Sedis Apostolicæ auspiciis  
Sacri Carmeli exalceati Professores,  
atque

atque Evangelici Præcones feliciter in Sæc. XVII.  
Persiam irrepserunt, maximo plurimo- A. C. 1609.  
rum per eos Christo adjunctorum e-  
molumento.

### §. LXI.

#### *Catholicæ Religionis libertas in Bel- gio indulta.*

Postquam in Belgio arma in spem pa- *Contin.*  
cis per inducias deposita quieverant, *Thuan. l. 2.*  
unice superesse videbatur, ut de Reli- *pag. 256.*  
gionis Catholicæ libertate articulus, qui *Grotius an-*  
tantopere expetitus foederis legibus non *nal. l. 18.*  
erat insertus, tandem concluderetur. *Daniel hist.*  
licebatur Hispaniæ Regi necnon Alberto *de France*  
*tom. 10.*  
Archiduci Joanninus Franciæ Regis O-  
rator, quod complanatis ceteris diffi-  
cultatibus, firmataque pace Religionis  
caussam vehementer urgere velit. Nec  
defuit promisso operis constantia; quip-  
pe solutis nondum comitiis hic nomine  
Henrici Franciæ Regis hunc in modum  
Fœderatos Ordines alloquebatur: „jus-  
sus sum nonnisi concluso fœdere de Re-  
ligionis negotio vobiscum agere, ut  
„ea, quæ hac in re indulturi estis, li-  
„bere, ac remota omni coactione sta-  
„bilita cognoscantur. Rex meus, qui  
„Catholicam profitetur Religionem, ar-  
„denter petit, ut Catholicis, qui in  
„vestris morantur Provinciis, eandem  
„fidei